

*Iz globočine kličem k tebi, Gospod, Gospod, sliši moj glas!
Iz globočine kličem k tebi, Gospod!*
(Ps 129,1.2, darovanjski spev)

ŠESTA NEDELJA PREOSTALA PO
RAZGLAŠENJU GOSPODOVEM
DOMINICA SEXTA QVAE SUPERFUIT POST EPIPHANIAM



Sveta maša po Rimskem misalu sv. Janeza XXIII.

BAZILIKA ŽALOSTNE MATERE BOŽJE
CISTERCIJANSKA OPATIJA STIČNA



17. november 2024

INTROITUS

Jerem. 29, 11, 12, 14

Dicit Dóminus: Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis: invocábitis me, et ego exáudiam vos: et reducam captivitátem vestram de cunctis locis.

Ps. 84, 2

Ÿ. Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Iacob.
Ÿ. Glória Patri.

VSTOPNI SPEV

Gospod govori: Jaz mislim misli miru in ne stiske; klicali me boste in uslišal vas bom in vas iz ujetništva nazaj pripeljal iz vseh krajev.

Jer 29, 11.12.14

Ÿ. Blagoslovil si, Gospod, svojo deželo, odvrnil sužnost Jakobovo.
Ÿ. Slava Očetu.

Ps 84,2

ORATIO

Orémus.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, semper rationabília meditántes, quæ tibi sunt plácita, et dictis exsequámur et factis. Per Dominum.

Molimo.

Daj, prosimo, vsemogočni Bog, da bomo razumni v mislih, v besedi in dejanju vršili, kar je tebi po volji. Po Gospodu.

LECTIO

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Thessalonicénses.

1 Thess. 1, 2-20

Fratres: Grátias ágimus Deo semper pro ómnibus vobis, memóriam vestri faciéntes in oratió nibus nostris sine intermissió ne, mémores óperis fidei vestræ, et labóris, et caritátis, et sustinéntiæ spei Dómini nostri Iesu Christi, ante Deum et Patrem nostrum: sciéntes, fratres, dilécti a Deo. electi ónem vestram: quia Evangélium nostrum non fuit ad vos in sermóne tantum, sed et in virtúte, et in Spíritu Sancto, et in plenitúdine multa, sicut scitis quales fuérimus in vobis propter vos. Et vos imitatóres nostri facti estis, et Dómini, excipiéntes verbum in tribulatióne multa, cum gáudio Spíritus Sancti: ita ut facti sitis forma ómnibus credéntibus in Macedónia et in Acháia. A vobis enim diffamátus est sermo Dómini, non solum in Macedónia et in Acháia, sed et in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profécta est, ita ut non sit nobis necesse quidquam loqui. Ipsi enim de nobis annúntiant, qualem intróitum habuérimus ad vos: et quómodo convérsi estis ad Deum a simulácris, servíre Deo vivo et vero, et exspectáre Fílium eius de cœlis quem suscitávit ex mórtuis Iesum, qui erípuit nos ab ira ventúra.

BERILO

Berilo iz pisma sv. apostola Pavla Tesaloničanom.

1 Tes 1,2-10

Bratje! Zmeraj se zahvaljujemo Bogu za vas vse, ko se vas spominjamo v svojih molitvah. Pred našim Bogom in Očetom imamo neprenehoma v spominu vaše delo vere, napor ljubezni in vztrajnost upanja v našega Gospoda Jezusa Kristusa. Vemo namreč, od Boga ljubljeni bratje, da ste izvoljeni. Kajti naš evangelijski ni prišel med vas samo z besedo, ampak tudi z močjo in Svetim Duhom ter s popolno zanesljivostjo. Saj veste, kakšni smo postali med vami v vaše dobro. In vi ste začeli posnemati nas in Gospoda: besedo ste sprejeli v veliki stiski in z veseljem Svetega Duha, tako da ste postali zgled vsem verujočim v Makedoniji in v Ahaji. Kajti od vas je Gospodova beseda odjeknila ne samo po Makedoniji in po Ahaji, ampak se je vaša vera v Boga razširila po vseh krajih, tako da nam o ničemer ni treba govoriti. Sami namreč govorijo o nas, kako ste nas sprejeli in kako ste se spreobrnili k Bogu: odvrnili ste se od malikov, da bi služili živemu in resničnemu Bogu in pričakovali iz nebes njegovega Sina. Tega je obudil od mrtvih, Jezusa, ki nas rešuje pred prihodnjo jezo.

GRADUALE

Ps. 43, 8 Liberásti nos, Dómine, ex affligéntibus nos: et eos, qui nos odérunt, confudísti.

Ps ibid., 9 **Ÿ.** In Deo laudábimur tota die, et in nómine tuo confitébimur in sæcula.

STOPNIŠKI SPEV

Rešil si nas, Gospod, teh, ki nas stiskajo, in osramotil si nje, ki nas črtijo.

Ps 43,8

Ÿ. V Bogu se bomo hvalili ves dan in tvoje ime bomo slavili vekomaj.

Ps it.,9

ALLELUIA

Allelúia, allelúia.

Ps. 129, 1-2 **Ÿ.** De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratióнем meam.

Allelúia.

ALELUJA

Aleluja, aleluja.

Ÿ. Iz globočine kličem k tebi, Gospod, Gospod, sliši moj glas.

Ps 129,1.2

Aleluja.

EVANGELIUM

Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Matthæum.

Mt. 13, 31-35

In illo témpore: Dixit Iesus turbis parábolam hanc: Símile est regnum cœlórum grano sinápis, quod accípiens homo seminávit in agro suo: quod mínimum quidem est ómnibus semínibus: cum autem créverit, maius est ómnibus oléribus, et fit arbor, ita ut vólucres cœli véniant et hábitent in ramis eius. Aliam parábolam locútus est eis: Símile est regnum cœlórum ferménto, quod accéptum mûlier abscondit in farináe satis tribus, donec fermentátum est totum. Hæc ómnia locútus est Iesus in parábolis ad turbas: et sine parábolis non loquebátur eis: ut implerétur quod dictum erat per Prophétam dicéntem: Apériam in parábolis os meum, eructábo abscondita a constitutióне mundi.

EVANGELIJ

Iz svetega evangelija po Mateju.

Mt 13,31-35

Tisti čas je povedal Jezus množicam to priliko: »Nebeško kraljestvo je podobno gorčičnemu zrnju, ki ga je človek vzel in vsejal na svoji njivi. To je res najmanjše od vseh semen; ko pa zraste, je večje od zelišč in postane drevo, tako da priletijo ptice neba in gnezdiijo na njegovih vejah.« In povedal jim je spet drugo priliko: »Nebeško kraljestvo je podobno kvasu, ki ga je žena vzela in ga umesila v tri merice moke, dokler se ni vse prekvasilo.« Vse to je Jezus povedal množicam v prilikah in ničesar jim ni govoril brez prilike, da se je izpolnilo, kar je bilo rečeno po preroku, ki pravi: »Odprl bom svoja usta v prilikah, izrekel bom, kar je skrito od začetka sveta.«

OFFERTORIUM

Ps. 129, 1-2 De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratióнем meam: de profúndis clamávi ad te, Dómine.

DAROVANJSKI SPEV

Iz globočine kličem k tebi, Gospod, Gospod, sliši moj glas! Iz globočine kličem k tebi, Gospod!

Ps 129,1.2

SECRETA

Hæc nos oblátio, Deus, mundet, quæsumus, et rénovet, gubérnet et protégat. Per Dóminum.

MOLITEV NAD DAROVI

Prosimo, o Bog, naj nas ta daritev očisti in prenovi, vodi in brani. Po Gospodu.

PRÆFATIO

de sanctissima Trinitate

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Sursum corda.

℟. Habémus ad Dóminum.

℣. Grátias agámus Dómino Déo nóstro.

℟. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Filio tuo et Spíritu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus: non in unius singularitáte persónæ, sed in únus Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spíritu Sancto sine différentia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in maiestáte adorétur æqualitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes:

HVALOSPEV

presveti Trojici

℣. Gospod z vami.

℟. In s tvojim duhom.

℣. Kvišku srca.

℟. Imamo jih pri Gospodu.

℣. Zahvalimo se Gospodu, našemu Bogu.

℟. Spodobi se in pravično je.

Res se spodobi in je pravično, primerno in zveličavno, da se ti vedno in povsod zahvaljujemo, Gospod, sveti Oče, vsemogočni večni Bog, ki si z edinorojenim Sinom in Svetim Duhom en Bog, en Gospod, ne v enoti osebe, ampak v Trojici ene narave; kar namreč po tvojem razodetju verujemo o tvoji slavi, prav to brez razlike mislimo o tvojem Sinu, prav to o Svetem Duhu, da v spoznavanju resničnega in večnega božanstva molimo v osebah svojstvo, v naravi edinst in v veličastvu enakost. — Njo hvalijo angeli in nadangeli, kerubi in serafi, ki ne nehajo sleherni dan klicati, enoglasno govoreč:

COMMUNIO

Marc. 11, 24

Amen, dico vobis, quidquid orántes pétitis, créдите, quia accipiétis, et fiet vobis.

OBHAJILNI SPEV

Mr 11,24

Resnično, povem vam: Kar koli v molitvi prosite, vérujte, da boste prejeli, in se vam bo zgodilo.

POSTCOMMUNIO

Orémus.

Coeléstibus, Dómine, pasti delíciis: quæsumus; ut semper éadem, per quæ veráciter vívimus, appétimus. Per Dóminum.

MOLITEV PO OBHAJILU

Molimo.

Nasičeni z nebeškimi sladkostmi prosimo, Gospod, naj si vedno prizadevamo za to, od česar resnično živimo. Po Gospodu.

Slika na naslovnici: Jan Luyken (1649-1712), Prilika o gorčičnem zrnu, jedkanica

Latinska besedila: *Missale Romanum: Ex decreto SS. Concilii Tridentini restitutum summorum Pontificum cura recognitum* (Editio typica). (1962).

Oblikovanje in notografija: ZAVOD ZA CERKVENO GLASBO